Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26658
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Per singulos dies benedicam tibi et laudabo nomen
tuum in sæculum et in sæculum sæculi Magnus dominus et laudabilis nimis et magnitudinis eius non est finis Generatio
et generatio laudabit opera tua et potentia tua
pronuntiabit Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ
loquentur et mirabilia tua narrabunt Et virtutum terribilium tuorum dicent et magnitudinem tuam
narrabunt Memoriam abundantiæ suavitatis tuæ
eructabunt et iustitia tua exultabunt Miserator
et misericors dominus patiens et multum misericors Suavis
dominus omnibus et miserationes eius super omnia opera eius
Benedicite domino omnia opera eius in omni loco dominationis eius Benedic anima mea domino

Laudatio hominis deus qui cuncta solus ordinas humana iubes ducere rectitatis et frenis
Qui magnorum corpora dictu iubes
invida ut fluant ordine subditos dedisti homini
Repelle a finibus tuis quicquid pigmentum a moribus
et suggerit aut actibus se interserit Da gaudium
primam da gratiarum munera dissolve litis vincula abstrahe
pacis federa Pura pari possit

Benedicite omnes angeli domini domino Benedicite omnes virtutes domini domino

Benedicant te omnia opera tua et
sancti tui benedicant te Gloriam regni tui
dicent et potentiam tuam loquentur Ut notam faciant
filiis hominum potentiam tuam et gloriam magnificentiam
regni tui Regnum tuum regnum omnium seculorum et
dominatio tua in omni generatione et generatione Fidelis dominus in
omnibus verbis suis et sanctus in omnibus operibus suis Allevat